



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

26 Martii. 7 Kal. Apr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

*tatis, humilitatis, ferventis desiderii, cognitionis, tranquillitatis, amoris, delectationis in Deo. simul promittens, quòd verè Matrem te monstrare velis illi, qui tibi de hujus diei gaudiis gratulatur: docensque, semper, cum salutatio Angelica recitatur, in fine illius, divinum amorem esse petendum. Fac, ut illum ita petam, ut impetrem: fac me dignum salutatorem tuum!*

26 Martii. 7 Kal. Apr.

**S.** Ludgere Ep. qui etiam tunc parvulus, quid toto die egisses? rogatus, dixisti, libros te composuisse, legisse, scripsisse; Deus, aiebas, *me docuit*: qui postea patris miraculis, cum beatae mortis tempus propè adesse intellexisti, orationibus, sacris lectionibus, concionibus, ad mortem usque, intentus, illi te parasti: qui cuidam post mortem spectatus, illum de animi levitate, ac puerili mobilitate vehementer increpavisti, eumque deinde in pede sanasti: in cujus sepulchri crypta odor liliorum perceptus, & globus igneus conspectus est; pluresque ægri, vesperi istuc ingressi, manè incolumes exière. ora, ut omnia,

omnia, quæ totâ die, totâ vitâ ago,  
& quæ totâ & vitâ, & morte agam,  
& patiar, ita agam, ut verè dicere  
possim: *Deus me docuit.* Ita agam  
omnia, prout ille me docet! ut in  
æternitate ibi sim ego discipulus,  
ibi est Magister meus Deus. A-  
men.

S. Gregori Archiep. totis nocti-  
bus coram Crucifixo prostrate, &  
centies adorans.

S. Castule Martyr, hospes San-  
ctorum.

Sancti Petre, Marciane, Jovine,  
Thecla, Cassiane, & alii Marty-  
res.

Sancti Theodore Episc. Irenæe,  
Serapion, Ammoni, MM.

SS. Montane Presb. & Maxima,  
MM. flumine merfi.

Sancti Quadrate, Theodosi, Em-  
manuel, & alii quadraginta Marty-  
res.

S. Eutychi, & alii MM. gladio  
cæsi.

Sancti Brauli, & Felix, Episco-  
pi.

OMNES SANCTI, &c.  
pag. 44.

S. MARIA, *cujus saluatoris Ga-  
brielis Angeli dies est hodie apud Gra-  
ecos: & cujus hodie festum miraculo-  
rum,*

304 ANNI CÆLESTIS  
rum, apud Sueffionenses celebratur.  
Per omnia, qua per te miracula fecit  
Deus, te rogo, doce me te benè salutare:  
fac mecum unum hoc miraculum, ut  
tandem sim perseveranter, ac seriò ser-  
vens Dei servus, ac tuus!

27 Martii. 6 Kal. April.

**S.** Ruperte Ep. Apostolice, regiã  
stirpe nate; cui ipso Paschatis  
die, post Sacrum celebratum, mo-  
rienti, Angeli læto cantu accinen-  
tes, animam tuam ad æternum Al-  
leluja duxerunt; & iidem è celo,  
splendidè candidati, funeri adfue-  
runt. Adesto mihi, cum Angelis  
tuis, ope tuã; & mortem, aliàs hor-  
rendam, tuo tuorúmque Angelo-  
rum auxilio, amabilem effice: ut  
uterque Deo nostro, in æternitatis  
Paschate, felix Alleluja cantemus  
æternùm. Amen.

**S.** Alexander miles Pannon, post  
multos pro Christo agones, & mi-  
racula, decollate.

**S.** Philete senator, cum uxore  
Lydiã, & Macedone, ac Theopre-  
pide filiis, itémque Amphilochio  
Duce, & Cronidã, MM.

**SS.** Zanita, Lazare, Marota, Nar-  
fes, & alii quinque, sævissimè truci-  
dati.

**S.** Isaac,